



**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Sectio 4. De reservatione huius censurae, deque absolutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

SECTIO III.

*Utrum hac excommunicatio reservata sit,
& quis possit ab illa ab-
soluere.*

1.
Quod soli
Deo reserva-
ta sit absolu-
tio heretici,
hæreticum
esse ostendi-
tus.

Distingueda in primis est reservatio culpæ à reservatione censuræ. De culpa enim fuit o-
lim hæresis Novatiana afferens, absolutionem hu-
ius culpæ ita esse reservatam, ut solus Deus possit il-
lam tollere, nec sit in Ecclesia potestas absolvendi
ab illa. Contrarium tamen est de fide certum, quia
Christus indissolubile, & sine limitatione dixit: *Quorum
remiseritis peccata, remittuntur eis*, & dictum est late in
tom. 4. in 3. part. disp. 3. & tradunt Pontifices Siri-
cius epist. 1. & Leo 1. epist. 89. & 90. in fine, & Conci-
lium Elibertinum Canon. & 29. & Concilium Are-
laten. 1. & plura videri possunt in Castrol. 1. de iusta
hæret. punit c. 21. & Mendoça super Concilium Eli-
bertin. l. 2. c. 46. Est ergo certum dari in Ecclesia po-
testatem ad absolvendum à culpa hæresis, quantum-
cunque grauis, & multiplicata seu iterata fuerit.

2. Quod vero ad eius reservationem pertinet,
dicendum est, si culpa per se, ac precise spectetur, non
esse iure communis reservatam. Dico, si per se, ac precise
spectetur, id est, non coniuncta censura. Nam ad-
iuncta censura, certum est reservari, ut statim dice-
mus. Intelligendum est autem, quando culpa habens
annexam censuram, reservatur media reserva-
tione censuræ, etiam ipsam culpam in se reservari,
quia tollitur iurisdictio ad absolvendum ab illa, ut
ex materia de talibus reservatis suppono, & ita maxi-
me sit in præfenti culpa, quæ maximo rigore re-
servatur, quando iuxta censuram annexam habet. Dixi
etiam, iure communis, quia ius Pontificium non solet
reservare culpas, nisi habentes annexas censuras re-
servatas, quod etiam in præfenti culpa observatur,
ut notat Navar. in sum. cap. 27. n. 260. & seq. & Sanc.
allegando multos dictos libr. 1. ca. 8. Et nos etiam di-
ximus to. 4. in 3. p. disp. 19. sect. 2. n. 8. Episcopi autem
per sua statuta synodalia solet reservare culpas, etiam
si non habeant censuram annexam, quod maxi-
me in hoc delicto facere possunt, reservando cul-
pam independentem à censura, ita ut quamvis obti-
neatur absolutio à censura nihilominus reservatio
culpæ duret, quod in Papali reservatione non ita
est, ut auctores citari, & oēs docent. Imo solent ali-
qui Episcopi etiam hæresim mentalem reservare,
quod quidem in summo rigore iuris facere possunt,
quia reservatio non est usus iurisditionis externi
fori, sed est ablatio iurisditionis pro foro sacramen-
tali, quam Episcopus sicut dare potest, ita etiam au-
ferre. Nihilominus tamen auctores communiter
non consulant, neque laudent talem reservationem
propter animarum periculum: nam actus interio-
res frequentes, & molesti sunt, & difficile cogno-
scuntur. Et ita etiam ego credo regulariter non ex-
pedire. Si autem alicubi fiat, non damno, quia pos-
sunt particulares causæ ad id inducere.

Vide in to.
de pñit. 29

Reservatio
culpæ pure
mentalis pos-
sibilis, sed pa-
rum laudabi-
lis est.

Excommuni-
catio ob hæ-
resim nunc
in Bulla Ca-
næ reservat-
ur olim so-
lum commu-
nio Eucharis-
tiæ vetaba-
tur.

3. At vero de excommunicatione ob hæresim ex-
ternam certum est, esse Summo Pontifici reserva-
tam, non quidem antiquo, seu communi iure, quod
in corpore iuris canonici inveniatur, sed per Bullā
Cænæ Domini. Unde circa ius antiquum advertere
oportet, olim propter hoc delictum impositam fuisse
lapis perpetuam communionis privationem, ita
ut etiam in articulo mortis eis non daretur, quāvis
resipiscerent, ut constat ex Concilio Arelaten. c. 23.
& Concilio Elibertino can. 1. & 3. ubi Ferdinand.
Mendoça multa de hac consuetudine congerit. Illa
verò communionis privatio non erat vera excommu-
nicatio, nunquam enim Ecclesia permittit fide-
lem pœnitentem decedere excommunicatum, si de-
tur copia ministris, qui possint hominem morientem
reconciliare: sed erat privatio solius sacramentalis

communione, ut dictus auctor bene explicat, & a-
perte colligitur ex can. 3. 18. 47. & 48. eiusdem Con-
cilij Elibertini. Et hoc etiam modo erat mortale sa-
tis rigorosus, licet fortasse illis temporibus conve-
niens, & ideo discessu temporis moderatus, vel ab-
latus est, ut dixit Innoc. 1. in epist. 3. ad Exuperium
cap. 1. Unde Siricius Papa in epist. 1. permittit dari
communione resipiscuntibus ab hæresi, saltem in
art. mortis, & dictum Concilium Elibertin. can. 22.
id concedit post decennium à perfecta pœnitentia.
Postea vero totum hoc negotium Episcopis com-
missum videtur, tanquā ordinariis iudicibus hu-
ius delicti, ut sentiunt Carrerius in tract. de Hæret.
num. 70. & sequentibus. & Simanc. tit. 3. & Caetan. in
sum. verbo. Excommunicatio cap. 1. & sumitur ex cap.
Presbyteros dist. 50. quod in foro iudiciali, & externo
loqui videtur. Loquendo autem de foro conscientie,
nulla propria reservatio huius censuræ in cor-
pore iuris inveniatur, ut patet ex cap. Damianus 1. &
2. de hæret. & ex cap. Ut officium, eodem tit. in 6. Ni-
hilominus tamen reservatio, quæ fit in Bulla Cænæ
iam est satis antiqua, & vim habet iuris communis,
& omnino servanda est, sicut rigorose servatur. Un-
de fit, ut nullus præter Romanum Pontificem, cui
hæc reservatio fit, possit ab hac censura absolvi ex
defectu iurisditionis, & consequenter neque à cul-
pa iuxta dicta in priori puncto, quod intelligitur de
culpa hæresis externæ: nam per mentalem non in-
curritur excommunicatio, ut diximus, & ideo sub
illa reservatione non comprehenditur.

4. Potest autem Pontifex alijs committere po-
testatem absolvendi ab hac censura, & qui illam
habuerit, consequenter absolviere poterit. Nec de
potestate est difficultas. Dubium autem est, in quib.
casib. vel quib. personis detur hæc facultas absolu-
di ab hæresi. In quo quatuor puncta breviter expli-
canda occurrunt. Primum est de facultate, quæ da-
tur Episcopis in Concilio Trid. sess. 24. cap. 6. de Re-
format. ut possint absolviere ab omni censura ocul-
ta, in foro tantum conscientie per se, vel per Vicarium suum
ad id specialiter deputandum, & additur: *Etiā ab heresi
occulta per se tantum, & non per Vicarium*. Quod decre-
tum integre, & docte explicat in hac materia Sanc.
dicto l. 2. ca. 11. Sed quia materia eius communis est,
ad alia delicta: & censuras, omitto illa, quæ genera-
lia sunt, de quib. dixi in to. 4. disp. 30. se. 2. & to. 5. disp.
41. se. 1. Hic a. tria, quæ sunt magis propria declarabo.

5. Primo igitur explicandum est illud verbum: *Episcopi
in foro conscientie*: quod licet sit commune alijs deli-
ctis, in hoc specialiter est considerandum. Nam per
illud non restringitur illa facultas, ut Episcopi non
possint illa uti, nisi in sacramentali foro, & præmis-
sa confessione: quia in primis verba in rigore hoc
non significant, & non sunt sine causa restringenda.
Deinde quia absolutio ab illa censura potest dari si-
ne absolutione à culpa: ergo non est cur limitetur ad
Sacramentum, quod solum pro absolutione à pec-
catis necessarium est. Imo nec sacerdotum ad usum
illius facultatis necessarium est: nam Episcopus, Dia-
conus V. g. & nondum ordinatus sacerdos posset ab-
solviere ab hac censura, & remittere subditum ad
quemlibet sacerdotem proprium pro absolutione à
culpa, quæ iam tunc reservata non esset, ablata cen-
sura iuxta dicta in principio. Et hæc est communis sen-
tentia, ut in citatis locis dixi, & docet Navar. cōf. 11.
de Priu. q. 2. & San. l. 8. de Matr. disp. 34. n. 29. tandem
facetur García de benef. p. 11. c. 10. n. 138. licet ipse co-
trarium sequatur.

6. Per illa ergo verba restringitur hæc facultas
quoad effectum: nam solum liberat pœnitentem à
censura in foro conscientie, & similiter à pœna in foro
Dei, non tamen in foro iudiciali, & Ecclesiæ. Nam si
postea illud delictum ad iudicium inquisitionis veniat,
& sufficenter probetur, poterit reus condemnari pœnis
hæreticorum, priori absolutione non obstante. Unde
obiter

Episcopi

Episcopi
vi Trident.
non abso-
luntur nisi
lendam
sententiam
sententia.

Vicarius
Episcopi

Sed tantum
absolutio
valeat pro
foro exte-
riori

obiter deciditur questio, quam scribentes de pœnis hæreticorum tractant, an pœna imposita in foro pœnitentiæ hæretico occulto, ab eo, qui facultatem habuit absolviendi illum in illo foro, liberetur à pœna Ecclesiastici iudicii in foro externo, si postea peccatum eius in illo foro denuntietur, & probetur. Quidam enim dixerunt, huiusmodi hæreticum non posse iterum puniri, quia non est duplex pœna propter eandem culpam sustinenda, nec quisquam est bis de eodem crimine iudicandus. Sed contrarium certum est, & communiter approbatum cum Glossa in c. Gaudemus, de divor. verb. Poterit, & referendo plures tradunt Anton. Gom. libr. 3. variat. cap. 1. num. 40. & Penha in Direct. 2. p. comment. 25. Rursus altera questio, & Sane dicto lib. 2. c. 12. n. 27. Et probatur primo ex dicta particula *In foro conscientia tantum*, quia, ut dixi, nullum alium sensum, vel effectum proprium habere potest. Secundo quia forum internum, & externum sunt diversæ rationis: & iurisdictiones in illis etiam sunt distinctæ, ergo actus unus non impedit actum alterius. Tertio quia pœnæ vtriusque fori ad diversos fines ordinantur: nam pœnitentia fori interni ad Dei satisfactionem, & privata correctionem pœnitentis imponitur, pœna vero iudicii externi ad publicam satisfactionem Ecclesiæ & ad aliorum correctionem, & præsertim ordinatur, & ideo non obstante priori, posterior locum habet, ut recte declarat Zanquin. in tract. de Hæret. cap. 14. & ibi Cæpæ. in addit. Et ita responsum est motui contrariæ sententiæ, procedit enim iudicium, & pœnis eiusdem ordinis.

7. Secunda particula in hac facultate explicanda est, *Eis tantum, & non illorum vicariis*. Circa quæ valde dubitatum est, an possit episcopus hanc facultatem alteri committere, seu delegare. In quo dubio multi graves Auctores, affirmant cum Navar. conf. 11. de Priuil. & conf. 1. de confit. q. vlt. n. 3. & 9. & sequitur Cord. in sum. quæ. 8. & Sancius referens plures d. l. 2. c. 11. n. 22. Fundamentum est, quia illa facultas iure communi delegabilis est, & per illam particulam non impeditur hoc ius commune: ergo neque ita restringitur ad personam episcopi, ut non possit per alium exercere eam. Maior probatur, quia iure communi, licet facultas absolviendi data personæ tantum, non possit ab ea delegari, iuxta caput ultimum de officiis delegati, nihilominus facultas data dignitati, ut perpetuo cum illa duret, tanquam ordinaria censetur, ac proinde delegabilis, iuxta cav. de offi. ordin. iuncta Glossa, cum communi Doctorum sententia: hæc autem facultas data est à Concilio Episcopali dignitati, ergo est delegabilis, Minor autem probatur, quia illa particula potest habere effectum sufficientem sine tanta restrictione. Nam Vicarius potest esse varijs modis, quidam est generalis, & quasi ordinarius, ut communiter est Vicarius episcopi: alius potest esse specialis respectu prioris, generalis tamen ad omnes casus occultos ibi episcopo commissos. Deinde alius potest esse magis specialis respectu præcedentis, ut si ei tantum crimen hæreticis committatur: erit tamen alia ratione generalis, si absolute omnes hæreticos occultæ illi committantur. Denique specialissimus erit, si occurrente particulari hæresi occultæ, petatur ab episcopo absolutio, & illam tali personæ committat. Cum ergo concilium dicat: & non per Vicarium: excludit generalem Vicarium, atque etiam specialem tantum respectu, qui sub alio respectu generalis sit: atque ita sufficientem effectum habet illa particula: non est ergo necesse, ut etiam specialissimū Vicarium excludat, tum quia cum illa particula sit correctiva iuris communis, ac proinde odiosa, restringenda est: tum etiam quia moraliter possunt plures casus occurrere, in quibus hæc delegatio necessaria sit, ut si persona absolvienda non possit coram Episcopo comparere, vel propter infirmitatem, vel propter clausuram,

Suarez de Fide.

vel propter nimiam distantiam, neque etiam episcopus possit ad illam accedere, vel certe non expediat, ut accedat, ne forte rumor, aut suspicio oriatur.

8. Nihilominus contrariam sententiam tenui in to. 4. disp. 30. se. 2. n. 9. & 15. & sequitur Gutier. l. 1. Canoniceat. q. c. 13. n. 29. & Simanc. tit. 3. n. 6. Molina tra. 5. de iusti. disp. 1. 8. n. 2. Gare. de benef. p. 11. c. 10. n. 113. Lorca 2. 2. disp. 45. n. 11. Ledesma in Sum. to. 2. tract. 1. c. 6. post 20. conclus. difficult. 6. Et considerata vi, & proprietate dictorum verborum, ut adiunguntur præcedentibus, censeo hanc sententiam omnino veram in rigore iuris. Nam Concilium in facultate illa generali data Episcopis ad absolviendum à casibus occultis, addidit: *Per se, vel per vicarium ad id specialiter deputandum*: postea vero in particulari concessione circa hæresim occultam, addidit absolutam negationem: *non per Vicarium*: ergo excludit non tantum generalem, sed etiam specialem Vicarium: nam in hoc voluit casum hæresis à cæteris distinguere. Quod quidem auctores contrariæ sententiæ coacti fatentur: dicunt tamen excludere specialem, qui alio respectu generalis sit, non tamen specialem simpliciter, seu specialissimum. Sed hæc evasio non potest satisfacere, tum quia est voluntaria, neque habet fundamentum in verbis, cum absoluta negatio omnia destruat: tum etiam quia in priori particula, cum de alijs casibus concilium dicit, *Per Vicarium specialem*, omnes modos tales Vicarij specialis comprehendit: ergo omnes etiam, postea excludit per absolutam negationem: tum præterea, quia eadem ratione posset quis dicere, posse episcopum creare Vicarium, ad absolviendum a quocunque casu hæresis occultæ, quod etiam priores auctores admittere non audent. Et se quæla patet, quia talis Vicarius esset specialis respectu delegationis ad omnes casus occultos, & ita posset limitari illa negatio, ut tantum excludat illum Vicarium specialem, qui fit generalis ad omnes casus occultos: tum denique quia concilium non solum illam negationem posuit, sed etiam exclusivam addit, scilicet, *et tantum*: ergo excludit omnem aliam personam. Et ita communiter Doctores, quando de hac facultate loquuntur, dicunt, Concilium concessisse Episcopo, ut per se ipsū, & non per aliū possit absolvere.

9. Neque fundamentum contrariæ sententiæ obstat: nam in primis propriè dici non potest, per illa verba corrigi, aut limitari ius commune, quia tunc proprie fit hæc correctio, quando ius commune supponitur, & postea fit limitatio: hic autem non supponitur hæc facultas prius absolute concessa dignitati episcopali, sed simul cum tali restrictione conceditur: ergo ius commune nihil obstat, quominus illa restrictio cum omni rigore, & proprietate intelligatur. Deinde quævis illa verba restringerent ius commune, nihilominus essent non solum in proprietate verborum, sed etiam intra illam amplè interpretanda, quia re vera non sunt odiosa, sed favorabilia, omnib. pensatis. Addita enim sunt in favorem fidei, qui præferendus est alijs commodis, seu considerationibus. Denique propter casus occurrentes, qui ibi insinuantur, non est necessaria illa potestas Episcopi ad committendum, seu delegandum huiusmodi absolutionem. Duob. n. modis, ut Navar. & alij norant, posset fieri hæc delegatio: primo simpliciter committendo rem totā presbytero, vel confessorij, sine alia informatione, vel diligetia ex parte Episcopi facta. Et hic modus nunquam est necessarius, & certe moraliter non est expediens, nec iuxta Concilij intentionem: nam maximè videtur elegisse episcopi industriam, & auctoritatem. Secundo modo posset delegatio fieri, habita prius informatione facti, & circumstantiarū eius, & dispositionis personæ, designando pœnitentiam tam vindictivā quam medicinalem. At vero si hoc fiat, iam non erit necessaria delegatio, quia episcopus potest per se absolvere à censura personam quantumvis absen-

E e 3 tem

Rectius negandum.

Id ostenditur ex litera Concilii.

Fugium excluditur multipliciter.

Satis fit fundam. in n. 7.

tēm, & tunc ablata censura, aufertur Pontificia reservatio culpæ, ac proinde poterit ordinarius confessor illam absolueret. Quod si præter reservatorem Pontificiam culpæ, adiuncta sit etiam Episcopalis, tunc quoad hanc partem poterit Episcopus committere vires suas: ergo nunquam illa delegatio est moraliter necessaria.

10. Ultimo vero dubitatur ab auctoribus circa hanc facultatem, an perseveret in sua vi, an reuocata sit? De qua re est magna discussio inter modernos Doctores, quæ orta est ex clausula Bullæ Cœnæ, per quam facultas absolventi à casibus Cœna soli Pontifici reservatur. Et quoniam in verbis illius clausulæ fuit varietas in Bullis Pij V. & Gregor. XIII. & postea Sixti V. & Clementis VIII. standum est ultimis verbis S. D. N. Pauli V. quæ videntur conformia verbis Pij V. & Gregorij, & sic habent, *A prædictis sententijs nullus præter Romanum Pontificem, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscunque per sonis etiam episcopalis, vel maiori dignitate prædictis per nos, & dictam sedem, ac cuiusvis Concilii decreta in genere, vel in specie concessorum absolueret possit.* Multi ergo Doctores, non obstante hac clausula, dixerunt, prædictam facultatem Episcoporum non esse illis ablatam. In hanc partem inclinavit Nauarr. dicto cōf. 1. de Constit. 9. vlt. & dicto cōf. 11. de Privileg. vbi multa obijcit contra quandam declarationem Cardinalium in contrarium: idem in summ. cap. 27. numer. 260. Inclinat etiam Simanc. tit. 3. num. er. 6. quamvis tantum sub conditione loquatur. Idem supponit Campeg. in additione ad Zanquin. dicto cap. 34. Tenet Gutier. retractando contrariam sententiam, quam prius tenebat dicto libro primo Canonie. quæst. cap. 13. & ex scholasticis hoc sequuti sunt, Bannez, & Aragon. 2. 2. q. 11. ar. 4. & Palacios in 3. dist. 23. disp. 7. & plures summistæ, quos refert Sanchez statim referendus. Et sequitur Henriquez alios referens libr. 6. c. 14. n. 7. lit. M. ac tandem Lorea 2. 2. disp. 45. numer. 10.

11. Fundamentum huius sententiæ est, quia clausula Bullæ non cogit, ut dicamus hac facultatem esse reuocatam, neque alia via nobis authenticè constet de huiusmodi reuocatione, ergo credenda non est. Consequentia videtur euidens, tum quia concessio Concilij est certa, & euidens: ergo in dubio non est ab illa recedendum: maxime cum Episcopi sint quasi in possessione illius iuris, tum quia illa facultas data est a Concilio cum magna consideratione, & consultatione, quia visa est moraliter necessaria ad remedium animarum: ergo non est facile credendum, esse reuocatam, nisi euidenter constet. Minor item principalis argumenti nota videtur, quia nullum aliud Pontificium rescriptum proferitur, unde id constare possit. Et licet aliqui auctores referant, nonnullos Pontifices id declarasse, testimonium huiusmodi priuata sunt, quibus Episcopi credere non tenentur, quia licet dicti auctores non mentiantur, decipi per famam, vel rumorem potuerunt. Et præterea non constat qualis fuerit talis reuocatio, vel quantum durauerit. Maior autem de clausula Bullæ, ad quam tota hæc reuocatio reducitur, probatur à Bannez supra, quia Bulla non reuocat facultates datas Episcopis, vel alijs ad absolvendū, sed datas poenitentibus ad eligendum, qui possit eos absolueret. Sed hoc manifeste est contra verba Bullæ: nam reuocat facultates datas etiam Episcopis, & addit, *etiam in Concilijs*: Concilia autem non dant poenitentibus facultates ad eligendos confessores. Magis apparet est responso Nauarri, & aliorum: nam lex specialis, etiam si anterior sit, non reuocatur per sequentem generalem, sed potius hæc per illam limitatur, nisi expresse, & in specie illam reuocet. ut supponitur ex materia de Legibus. Sed in præfenti, lex Concilij specialis est: verba autem Bullæ sunt generalia, quia non specificant casus oc-

cultos, de quibus in specie Concilium loquitur ergo Bulla non reuocat Concilium, sed potius Concilium Bullam restringit.

12. Nihilominus contrariam sententiam docui ^{Opinio al. sumans.} tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 11. & tom. 5. disp. 21. sect. 3. num. 5. licet priorem non improbabilem censuerim estque sententia hæc communiter recepta, quam postea docuit Nauar. dicto cap. 27. num. 275. Molin. tom. 4. de Iustit. disp. 64. num. 8. Toletus in summa lib. 1. ca. 30. & lib. 4. cap. 4. Maiol. libr. 6. de Irregul. cap. 46. num. 6. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 9. q. 3. & cap. 10. q. 10. Hugolin. de casibus Pontifici reservatis 2. p. cap. 1. paragr. 4. & Penha in Director. 3. part. com. ment. 141. post quæst. 92. ac denique plures alios referens in hanc partem inclinat Sane. dicto lib. 2. ca. 11. num. 26. plures etiam citat Garcia de Benef. p. 11. cap. 10. num. 155. Egid. disp. 14. de Excomm. dub. 16. num. 243. Fundamentum est, quia verba Bullæ videntur satis expressa, præterquam quod ita sunt sæpius declarata.

13. Mihi ergo videtur in hoc puncto partim esse dubium de iure: partim de facto. Dubium iuris est, an verba Bullæ præcise spectata, & secundum regulas iuris, sint reuocatoria Concilij. Et in hoc probabilis quidem mihi videtur sufficere ad huiusmodi reuocationem: tum quia euasio prioris sententiæ sufficienter excluditur per verba illa, *In genere, vel in specie*: nam verbum illud *In specie*, indefinite positum, omnes facultates, etiam speciales, & in quacunque particulari forma datas comprehendit, tum etiam quia verbum illud: *Cuiusque Concilii*, non videtur positum, nisi propter Trident. quia nullum est aliud quod talem facultatem concesserit. Veruntamen licet hoc sit probabilius: possent fortasse Episcopi priori opinioni, vt probabilis, conformari, nisi certitudo facti accederet. In secundo ergo puncto defacto habemus testimonium Nauarri dicentis Pium V. & Gregor. XIII. ita explicasse intentionem suam in illis verbis. Addit deinde Penha, generale tribunal Inquisitionis Romanæ, ita sæpius hoc declarasse. Ac denique habemus duo responsa Congregationis Cardinalium, in quibus declarant, Episcopos non posse vti illa facultate, quia reuocata est. Propter quæ censeo, non esse in praxi ab hac sententia recedendum, & vbi fuerit necessitas vtendi illa facultate, ad Summum Pontificem esse recurrendū.

14. Secundo loco dicendum est de facultate, quam Inquisitores habent, ad absolvendum ab hac censura. In quo puncto non est difficultas de absolute in foro iudiciali, quia ad illam habent potestatem ex vi sui muneris, sed difficultas est, an potestatem habeant, ad absolvendum ab hac censura, quando delictum est occultum, in foro tantum conscientie, seu poenitentie. In qua re variz sunt opinionones. Prima affirmat habere Inquisitores hanc facultatem. Ita supponit Nauar. in d. cōf. 11. de Priu. Affirmat Bannez 2. 2. q. 11. art. 4. dub. 2. in 3. argum. contra 2. conclus. Campegij in addit. ad Zanquin. dicto cap. 34. & Gutier. dicto lib. 1. cap. 13. n. 7. & plures pro hac sententia refert Sanci. dicto cap. 12. & Vivald. in Candelabro 1. p. tit. 11. de absolutione n. 15 vbi etiam dixit, esse hanc sententiam in praxi, & vsu receptam. Quod si verum est, magnum signum, & argumentum iurisdictionis est, vel quia consuetudo solet iurisdictionem conferre, vel quia verisimilius est, illam consuetudinem non fuisse introductā, neque vsurpatam, sed in institutione talis officij, vel in aliqua concessione Pontificia esse fundatam. Et specialiter allegari solet Bulla quædam Clementis VII. quæ inter alias in fine Directorij refertur, & est secunda illius Pontificis, in qua conceditur Inquisitoribus, vt hereticos occultos nondum denuntiatos, neque ab alio iudice prius inquisitos, si voluntarie, & vere poenitentes accesserint, & humiliter misericordiam petant, absolueret possint.

15 Nihil-

An dicta Episcoporum potestas ad absoluerendum ab heresi reuocata sit

Opinio negans esse reuocatam

Sus fundamentum

Bannez rearguitur

Opinio al. sumans.

Fundam. huius opin.

Iudicium a theoris prius quoad ius

Deinde ego ad factum

2. punctum de Inquisitoribus, quod forum sacramentale

Opinio affirm.

Clame

1. Priuilegium

75. Nihilominus alij autores multum dubitant de hac facultate, & præsertim Sanci. in citato loco, & Garcia de Benef. p. 11. cap. 10. num. 125. imò eam negat Farinac. de hæresi quæstione 192. numero 54. Et profecto non sine magno fundamento: quia vel Inquisitores habent hanc facultatem, ex vi Bullæ allegatæ, vel ex vi sui muneris: neutrum autem videtur dici posse cum fundamento: ergo illam non habent, quia nullum aliud principium talis iurisdictionis inueniri potest. Nam consuetudo per se non potest sufficere in hac materia, tum quia non est verisimile, incepisse aut continuatam esse sine præcedente potestate, tum etiam quia singulis annis per Bullam Cœnz reuocata esset. Probatur ergo minor quoad priorem partem. Primum quia illa concessio Clementis VII. non dirigitur ad omnes Inquisitores, sed fuit specialiter concessa Inquisitoribus ordinis Predicatorum, maxime Lombardiz, ut in ea dicitur. Secundò quia tantum eis conceditur, ut *extra iudicialiter* absolvere possint, quod verbum non significat, quod in foro conscientiz possint, sed tantum, ut sine integra forma, & figura iudicii possint in suo foro absolvere in tali casu. Tertiò quia ibi postulatur, ut præcedat abiuratio, utique in forma, qua fieri solet in illo tribunali, quæ in foro conscientiz non postulatur. Et ita Penha in 3. p. Directorij super nu. 59. illam concessionem intelligit de foro externo, ut in comment. 12. videre licet. Et idem indicat Couarr. in regul. Peccatum 2. p. in principio nu. 7. circa finem, dum ait, hæreticum occultum per accidens, esse occultè absolendum ab Inquisitore, & addit, *in tribunali, & præmissa abiuratione*. Probatur secundò altera pars minoris, quia munus Inquisitoris non est iudicium pro foro conscientiz, aut poenitentiz, sed pro foro externo, & iudiciali, ut rectè docet Eymericus in dicta 3. p. Directorij n. 59. Unde infert, non pertinere ad Inquisitorem absolvere in foro sacramentali, quod à foro conscientiz, seu poenitentiz ibi non distinguit.

16. In hoc puncto in primis certum est, posse Inquisitores hæreticos occultos spontè sua defectum suum confiteri, volentes secrete audire, & absolvere. In hoc omnes conveniunt, & sumitur ex dicta Bulla Clementis VII. nam licet non sit directè omnibus concessa, ut supra dicebam, per alias Bullas communicationis ad omnes extenditur, ut intelligi potest ex his, quæ tradit Penha in fine totius Directorij. Et hoc etiam probat consuetudo, de qua Viuald. testatur. Deniq; est moraliter necessarium ad medicinam, & remedium animarum; præsertim supposito, quod diximus, Episcopis sublatam esse potestatem in huiusmodi casu absolventi: nam tunc nullum superest remedium, nisi vel accedere ad Summum Pontificem, quod moraliter sæpè est valde difficile, vel accedere ad Inquisitores. Non sunt autem peccatores occulti cogendi, ut se publicè prodant: ergo sunt secrete recipiendi, & ita possunt ab Inquisitoribus absolui. Imò etiam poterunt Inquisitores audita illa confessione, & recepta abiuratione, & imposita convenienti poenitentia, & medicina, poenitentem remittere ad confessorum, ut ab eo absolvatur, iuxta Clementin. 1. de Hæretic. quia licet delegati sint, tamen sunt ad vniuersitatem causarum, & idè in hac parte possunt facultatem suam committere.

17. Deinde assero, Inquisitores in eo casu non absolvere per aliam iurisdictionem, nisi per eam, quam in foro externo, & iudiciali habent. In hoc placet secunda sententia, & rectè ab ea probatur, quia ex vi sui muneris non habent aliam iurisdictionem, nec ostendi potest alia via, per quam sit illis concessa. Secundò etiam si aliter concessa fuisset, per Bullam Cœnz, esset reuocata, quia ut re-

ctè argumentatur Nauarr. in dicto Consilio 11. de Privileg. incredibile est, per Bullam Cœnz reuocari facultatem datam Episcopo in foro conscientiz, & non esse reuocata, si data esset Inquisitoribus, cum verba generalia sint, & ad omnes cuiuscunque dignitatis extendantur. Atque ita inter declarationes Cardinalium tam manuscriptoras, quam typis mandatas, vnam inuenio circa dictum caput 6. session. 24. Concilij Tridentini, in qua expressè dicitur, neque Episcopos, neque Inquisitores posse absolvere ab hac censura, utique in foro conscientiz: ergo Inquisitores solum possunt absolvere per iurisdictionem, quam in iudiciali foro ex vi muneris habent.

18. Ex quo sequitur primò, illam absolutionem talem esse, sit non tantum in foro poenitentiz, sed etiam in foro externo, & iudiciali valeat, cum à iurisdictione in illo foro, procedat. Secundò sequitur, confessionem in eo casu non esse tam secretè accipiendam, quin de illa iuridicè constare possit, ita ut saltem notarius adit, qui fidem adhibere possit, ut rectè dixit Penha, & significauit Couarr. & patet, quia alias non posset de absolutione in foro externo, & iudiciali constare, ac proinde in illo valere. Deinde, quia si est actus iurisdictionis iudicialis, debet aliquo modo iudiciali fieri, licet præter iudicialiter fiat, id est, præter ordinarium modum: ergo saltem necesse est, ut notarius adit. Neq; hoc debet censeri nimis onerosum poenitentibus, si ex corde conuertantur, quia ex vna parte fama eorum illæsa manet secrete & qualiter: & ex alia, ut notat Campegius, illis valde vtile est, ut sic absoluantur, quia hoc modo non possunt ulterius puniri pro illo delicto, etiam si de illo postea deueniatur contingat. Tertiò sequitur, præmittendum esse abiurationem formalem, & iudicam ante talem absolutionem, ut in dicta Bulla Clementis cauetur, estque necessarium ad bonum fidei: & ut remedium efficax adhibeatur. Vltimò sequitur, facultatem hanc per se primò, & directè residere in tribunali, seu consistorio, nam illi data est iurdictio illius muneris. Existimo tamen in eo casu posse exerceri per vnum tantum Inquisitorem, ex consensu alterius, vel aliorum, quia ut dixi, possunt committere suam iurisdictionem, & quia re vera ita expedit, ut poenitentes facilius, & cum minori onere, vel rubore accedant. Et ex his principiis possunt facile definiri multa, quæ de hac facultate dicti authores tractant.

19. Vnum tamen breue dubium, quia practicum est, non omittam, videlicet, si contingat hæreticum occultum sibi accedere ad secretam confessionem, dicto modo faciendam, ut absolvatur exterius, & ita à poenis in externo foro liberetur, cum tamen ex corde non conuertatur, an illa absolutio valida sit, & consequenter an auferatur reservatio peccati, ita ut si postea interius conuertatur, & verè doceat, possit à quolibet confessore absolui. Ad quod respondeo, absolutionem illam non valere, quia intentio absolventis tantum est, absolvere hominem fidelem, & verè conuersum. Unde solet etiam exprimi conditio, *si ita est, &c.* & idè non subsistente conditione, non est intentio absolventis: & consequenter, neque absolutio valida est. Potestque à simili ex supra dictis declarari: nam qui profert hæresim sine interno animo hæretico, non incurrit censuram: ergo qui exterius retractat hæresim sine interno animo fidei, merito absolutionem non consequitur. Unde consequenter sit, ut nec reservatio peccati auferatur, quia quandiu durat censura, durat reservatio. Quapropter si postea ille homo ad mentem redeat, & conuertatur, & absolui cupiat, si nolit ad Pontificem ire, necesse est, ut iterum Inquisitorem conveniat, qui poterit absolutionem ire-

Coxillardi
ex dictis.

An cesset re-
servatio hæ-
retici quando
facta est sibi
confessio a-
pud Inquisi-
torem.

Videatur Sa-
cius lib. 2. de
matrimonio
disp. 17. &
disp. 31. an 9.

3. Punctum
de iubilaeo
vel alio spe-
ciali indul-
10.

Opinio Sot.
& aliorum.

Suis funda-
mentum.

Authoris o-
pinio item
Nauarr. Co-
uarr. &c.

rum secretò iterare. Imò existimo tunc non esse
necessarium adhibere notatum, quia pro foro ex-
terno sufficit solemnitas prius adhibita, cum qua
coniungi potest moraliter absolutio valida postea
subsequuta. Ad eum modum, quo dicunt autho-
res, matrimonium factum coram parcho, & testi-
bus, licet contingat esse nullum ex defectu consen-
sus, posse reualidari postea per consensum iteratum
sine solemnitate externa, eadem enim ratio in præ-
senti versatur. Et per hæc de aliis similibus iudican-
dum est.

20. Tertiò principaliter dicendum est de facultate
absoluedi ab hæresi, quæ interdum datur per
iubilæa, vel per alia specialia diplomata. Circa
quam facultatem dubium non est, quin à Summo
Pontifice, & ab illo solo dari possit. Item quando
datur, attentè consideranda est forma, & conditio-
nes, sub quibus datur, & omninò seruandæ sunt,
vt absolutio ritè, & rectè conferatur. Solum ergo
dubitari solet circa hanc facultatem, an necessa-
rium sit, in speciali ex primi casum hæresis, vt pote-
stas absoluedi ab illo data intelligatur, vel suffi-
ciat generaliter concedi facultatem absoluedi à
casibus referuatis in Bulla Cœnz, nulla exceptione
addita. Quidam enim censent, hanc clausulam ge-
neralem sufficere, vt hæresis comprehendatur. Ita
tenuit Soto in 4. distinct. 22. quæst. 2. art. 3. conci.
5. & Corduba in summa. quæst. 8. & plures alij re-
lati à García de benef. part. 11. cap. 10. nu. 110. quod
etiam affirmat expurgatorium Romanum, editum
anno. 1607. in Emmanuele Sa pag. 184. num. 20.
addens tamen reuocationes per Bullam Cœnz quo-
tannis fieri, ac tandem idem verum putat, Reginal.
in praxi lib. 8. num. 53. in fine. Loria in 22. disp. 45.
num. 13. Farinac. de hæresi, quæst. 192. num. 63.
Ergo probabile iudicauit tom. 5. disp. 7. sect. 5. nu.
11. Fundamentum est, quia casus cœnz sunt omnes
æquè referuati: ergo vniuersalis concessio illorum
omnes comprehendit: neq; oportet nos distingue-
re, vbi concedens nihil distinguit. Præsertim quia
privilegium dans potestatem absoluedi fauorabi-
le est, neq; impedit quominus in foro externo pro-
cedi possit, cum iubilæum, aut similes concessiones
dari soleant pro foro animæ tantum, ergo est am-
pliandum potius, quàm restringendum. Et confir-
matur, quia interdum fit illa concessio cum aliqua
alia exceptione, præter hæresim: ergo signum est ex-
tendi, & firmari concessiones respectu hæresis.

21. Nihilominus contraria sententia vera est, &
in praxi omninò seruanda, nimirum, vt propter so-
lam clausulam vniuersalem omnium casuum etiam
Bulla Cœnz, non absoluat ab hæresi, nisi in specie
exprimatur. Ita docent Nauarr. cap. 27. num. 275.
Couarr. in Cap. Alma mater. 1. part. §. 11. num. 15.
Simanc. tit. 3. Rojas tract. de hæresi. 2. part. assert.
39. & Viuald. in Candelabro 1. part. tit. de Absolut.
sacramentali num. 17. & Sancius dicto libro 2. cap.
12. num. 10. Vazquez de excommunic. dub. 19. nu.
5. Miranda in suo Director. tom. 2. quæst. 7. art. 4.
Azor tom. 1. lib. 10. quæst. 12. Henriquez lib. 7. cap.
13. §. 1. & lib. 13. cap. 27. §. 5. litera G. García dict.
cap. 10. num. 109. Ratio est, quia sub generali con-
cessione non comprehenditur particularis casus,
quando author privilegij verisimiliter non esset il-
lum concessurus, si in specie proponeretur, vt om-
nes docent cum Antonin. 3. part. titulo 24. cap. 77.
paragr. 1. & continetur in quadam regula iuris Ca-
pit. In generali Regul. iuris in 6. & ratio est, quia
tunc illa extensio non est voluntaria concedenti,
sed in præsentia, talis est casus hæresis, vt constet ex
communi usu, & modo sentiendi fidelium. Et de-
claratur optimè ex Trident. sess. 34. cap. 6. de Re-
format. supra tractato, nam cum prius concessisset
Episcopis facultatem absoluedi à casibus occultis,
vt extenderetur ad hæresim, illam postea in specie

expressit, & in illa peculiarem limitationem addi-
dit. Et simili modo videmus in quibusdam iubi-
læis, quando Papa vult hanc facultatem concede-
re, illam post clausulam vniuersalem in specie ex-
primere: ergo signum est, hoc esse necessarium. De-
nique ita etiam declarasse Gregorium XIII. &
Pium V. & in stylo Curiz hoc esse receptum, dicti
authores referunt: nihil ergo superest dubitandum.
Et fundamentum contrariæ sententiæ manet solu-
tum, quia clausula vniuersalis, iuxta regulas iuris,
& receptam consuetudinem extendenda est, & non
ampliùs, etiam si fauorabilis sit. Neq; exceptio alte-
rius casus extendit, vel firmat concessionem respec-
tu hæresis, quæ veluti iure ipso excepta suppo-
nitur.

22. Quartò, & vltimò dicendum est de facultate
absoluedi ab hæresi in articulo mortis, quando
necessitas urget. Nam regula generalis est, in illo
casu quemlibet Sacerdotem posse absolueri quem-
libet poenitentem à quolibet peccato, & censura, vt
ferè eisdem verbis tradit Concilium Tridentinum
sess. 14. cap. 7. & videri possunt dicta in tomo de
poenitent. disput. 30. sect. 3. à nu. 2. Dubitare au-
tem aliquis posset ex proximè dictis, an in hac con-
cessione comprehendatur hæresis, propter ratio-
nem supra factam. Sed omninò indubitatum est,
in articulo mortis comprehendendi hæresim. Ita do-
cent omnes authores citati Soto, Nauarr. & alij, &
Gutierr. lib. 1. Canonice. quæst. cap. 1. num. 59. &
Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 19. quæst. 5. Sancius di-
cto libro 2. cap. 13. & ratio est, quia extrema neces-
sitas, propter quam in articulo mortis fit concessio
hære non minus, imò magis quodammodo militat
in hæresi, quàm in aliis peccatis, vel censuris: ergo
necesse est, vt sub tali concessione hæresis compre-
hendatur, aliqui æterna salus peccatoris, magno
periculo exponeretur, & non posset præcepta sa-
cramentorum, quæ iure diuino tunc obligant, ad-
implere. Accedit, quòd iniure communi, etiam hic
casus est in specie expressus, vt videri potest 26. q. 6.
per totam.

23. Circa hanc verò facultatem, & eius usum
nonnulla notanda sunt. Primum est sub articulo
mortis comprehendendi solere non tantum statum æ-
gritudinis, quando homo proximus morti esse
censetur, vel in graui, & morali periculo illius, sed
etiam alias occasionibus, in quibus homo inchoat,
vel aggreditur actionem aliquam, quæ secum solet
tale periculum asserere, vt est, verbi gratia, naviga-
tio in Indiam, &c. quia si postea non speratur co-
pia confessoris, ille reputatur tanquam articulus
mortis, vt dixi in tome 4. disp. 26. sect. 4. & in tom.
5. disput. 2. sect. 11. Vnde in præsentia propter specia-
litate hæresis interrogare quis potest, an eodem
modo sit extendendus articulus mortis. Tamen si-
ne dubio affirmandum est, vt cum multis optimè
docet Sancius dicto cap. 13. & ratio facta id probat,
quia periculum salutis æternæ inde iam incipit, &
moraliter imminet, et ideoque illi etiam prouisum
est. Item quia iura eodem modo loquuntur de ar-
ticulo mortis pro hoc, & pro aliis casibus.

24. Secundò obseruandum est, oportere, vt ne-
cessitas non solum ex parte poenitentis, sed etiam
ex parte confessoris, occurrat. Ita notant dicti au-
thores. Itaque si sit copia confessoris, qui habeat
facultatem specialem absoluedi ab hæresi, ille so-
lus poterit absolueri, & non alij, quia respectu ali-
orum cessat necessitas, quam Tridentinum requi-
rit. Item si sit tempus accedendi ad referuantes,
non poterit ab alio dari absolutio, quia, vt statim
dicemus, etiam si quis absoluitur in illo articulo, &
postea conualescat, tenetur se præsentare superio-
ri, ergo si antea potuerit, multo magis tenebitur, &
idèd sæpè in iure additur illa conditio: Si non sit re-
uersus ad superiorem, Extravag. 1. paragr. Decerni-
mus.

Ad Fundam.
Soti & alio-
rum in 20.

4. Punctum
de Sacerdote
quouis in ar-
ticulo mor-
tis.

Obseruatio
circa hoc
4. punctum.

Obseruatio.

mus, de sent. excom. & Extrauag. 1. §. Incendiarios, de Privileg. & propterea dicunt aliqui ex dictis Auditoribus, si sit recursus ad Episcopum, vel ad Inquisitorem, non licere aliis confessoribus absoluer. Sed hoc procederet, si facultas Episcopi non esset renocata, aut Inquisitor illam haberet in foro pœnitentiæ; suppositis autem iis, quæ diximus, non habet locum hæc limitatio, sed in eo casu absolueri poterit ordinarius confessor.

25. Tertio observandum est, absolutionem in illo articulo relinquere obligationem comparandi coram Pontifice, si pœnitens periculum illud euadat, & possit personaliter comparere. Ita sumitur ex Cap. *Eos qui*, de sent. excomm. in 6. & ratio est, quia potestas absolventi, sub ea tantum conditione datur, & est iusta conditio, quia illo modo sufficienter subuenitur necessitati peccatoris, & periculum prouidetur melius animæ eius, & confilietur etiam bono fidei, & Ecclesiæ. Vnde tenetur confessor admonere pœnitentem de huiusmodi onere, & cautionem aliquam de implenda huiusmodi obligatione ab illo exigere, & communiter censent Doctores iuratoriæ cautionem esse postulandam, vt videri potest in Sancio supra in suo numer. 17. Dixi autem, si personaliter comparere possit, nam si per se non possit, non cogitur per alium, seu per procuratorem adire superiorem, vt docet Nauar. in Summ. capite 27. numero 90. ad quintam questionem, & Vgolinus de censur. Pontifici referuat. 3. p. cap. 1. sub tit. de Mortis articulo quæst. 4. nu. 1. & Sancio referens plures alios in nu. 14. Et ratio est, quia iura non imponunt hoc onus, vt videri potest in dicto Cap. *Eos qui*, & in cap. vlt. 26. quæst. 6. in Concilio Arausican. 1. capite 2. est autem onus committendi hoc negotium tertie personæ valde graue, & non carens periculo infamie in re grauissima; ideoque non est sine cogente iure imponendum.

26. Vltimo dubitari solet, an hæc necessitas articuli mortis, extra illum extendenda sit quoad alias personas, quæ moraliter loquendo, censentur perpetuo impeditæ, vel propter incurabilem ægri-tudinem, aut membrorum lationem, aut nimiam senectutem, vel paupertatem, ita vt nulla sit moralis spes, quod per se comparere aliquando ante mortem valeant. Tunc enim perinde se habent quoad impotentiam adeundi Pontificem, ac si essent in articulo mortis: ergo inutilis est expectatio illius articuli, & alioqui erit vtilissimum statim absolui: ergo moraliter videtur reputandum totum illud tempus, ac si iam mors instaret. Cur enim ille homo tanto tempore absolutione carebit sine fructu? Dubium hoc trañant Doctores generaliter de casibus referuat. Pontifici, & præsertim de casibus Bullæ Cœnæ, vt videri potest in Couarr. in Cap. *Alma mater* 1. part. §. 11. num. 15. Nauar. capite 27. num. 89. & Vgolin. supra sub dicto titulo de mortis articulo §. 4. & Sancio dicto cap. 13. num. 36. & 37. qui alios referunt inter se dissentientes, nam quidam negant, id fieri posse nisi in casibus à iure expressis: alij verò affirmant id fieri posse: non tamen à quolibet confessore, sed tantum ab Episcopo, cui ius id committit in aliquibus casibus, præsertim in violenta manuum impositione in clericum, & inde inferunt extensionem ad reliquos casus, propter similitudinem rationis, vel ex quadam æquitate naturali, seu Ecclesiastica pietate. Veruntamen omisis aliis casibus, qui nunc ad nos non pertinent: in culpa, & censura hæresis existimo non esse extensionem admittendam. Et in primis quod ordinarij confessores hoc facere non possint, à fortiori sequitur ex doctrina communi. Et ratio est, quia ius, & Bulla Cœnæ solum excipiunt articulum mortis: ergo non licet extensionem facere, cum neque necessitas alterius temporis sit æqualis, ne-

que alibi talis potestas Sacerdotibus tribuatur. Deinde idem dicendum censo de Episcopo, supponendo illam sententiam, quod facultas illi data in Concilio, sit renocata. Et ita ex vi iuris communis sentit Sotus in 4. distinct. 22. quæst. 2. articulo tertio in fine, & Sancio supra cum aliis, quia ratio facta æquè in Episcopo procedit, præsertim quia neque ex generali, neque ex speciali concessione facta Episcopo in aliis casibus, potest ad casum hæresis fieri argumentum, propter specialitatem eius iuxta supra dicta. Qui ergo in illo statu constitutus voluerit ante periculum mortis absolui, necesse est, vt vel coram Inquisitoribus modo supra dicto occultè compareat, vel per viam secretam, & tactico nomine remedium à Pontifice obtineat.

SECTIO V.

De aliis pœnis spiritualibus, quæ propter hæresim incurruntur.

Excommunicationis pœnam paulo fusiùs declarauimus, quia vniuersalis est, & ad forum pœnitentiæ maximè pertinet, nunc breuiter ceteras spirituales pœnas percurram: tum propter temporis angustias: tum etiam quia minus vniuersales sunt, & magis iudiciales. Post excommunicationem ergo prima pœna est irregularitas, de qua dubitari posset, propter generalem regulam iuris, quod irregularitas non incurratur, nisi in casibus à iure expressis: hic autem casus non videtur in iure expressus. Nihilominus dicendum est, per hæresim statim ipso iure fieri hominem irregularem, quantumcumque sit hæresis per accidens occulta. Hoc statè probaui expendendo iura in tomo 5. disput. 43. sect. 1. ad quem locum lectores remitto. Et videri etiam potest Penha 3. part. Directorij comment. 162. Sanc. lib. 2. Decalogi cap. 25. Farinac. de hæresi quæst. 189. nu. 43. & quæst. 192. à num. 67. & Mendoca lib. 3. ad Conc. Elibertin. cap. 28. & 29. ex quo Concilio can. 51. nostra assertio colligitur, & ex Bulla Clementis VII. supra citata. Et declaratur breuiter: nam hæc irregularitas in duabus partibus consistit. Prima est inhabilitas assumendi ordines, quæ laicos comprehendit quoad omnes ordines, & clericos inferiores quoad ascensum ad superiores ordines. Et hæc pars habetur expresse in dicto can. 51. & in aliis iuribus citandis.

2. Secunda pars illius pœnæ est inhabilitas ad ministrandum in ordine iam suscepto, quæ ad clericos tantum pertinet, & hæc non videtur tam manifestè in iure expressa: nihilominus tamè certum est, etiam quoad hanc partem hanc irregularitatem incurrere, quod sentiunt communiter Doctores; tum quia communiter solet esse coniuncta cum prima: tum etiam quia hoc semper obseruauit Ecclesia, vt sumitur ex Felice Papa epist. 3. & Innoc. 1. epist. 18 ad Alexandr. cap. 3. & epistola 22. ad Episcopos Macedon. cap. 4. & ex Leone Papa epistola 3. ad Iulianum, & aliis relatis 1. quæst. 7. & ex Cypriano epistola 68. qui refert, ita fuisse decretum à Cornelio Papa, & sumitur ex epistola eius, quam refert Eusebius libro 6. c. 35. & ex Augustino epistola 50. & libro de vnico Baptismo c. 12. vbi dicit, aliquando Ecclesiam in hoc concedere indulgentiam, vt in Concilio Nicæno, & Ephesino: tamen generalem regulam esse, quam posuimus: vnde certum est, aliud non licere sine speciali dispensatione, quam solum Pontificem posse concedere in citato loco ostendi, vbi etiam probabilius duxi, reuocaram esse facultatem à Tridentino concessam Episcopis ad dispensandum, licet oppositum non improbabili-ter velint Sanch. supra numero 18. Farinac. de hæresi, quæst. 192. num. 79. Garcia part. 11. capite 10. num. 86.

Secunda